

Ad authroem.

Construxit varijs obscurum ambagibus antrū
Occultas faciens dædalus arte vias,
Nec sedes poterat creta descendere adimas
Quisquam, fallaces nec penetrare domos
Sed labyrinthiacis valuit succedere tectis
Theseus a tectis sic patuere lares,
Theseus sed vincis clarum doctissime Gaspar
Perte quod cunctis abditiora patent,
Ostendit cecas per callidus ille latebras
Tu summi exponis condita verba Dei,
Conscribens penitus nobis abstrusa resoluis
Declarans culto calica visa libro,
Ut valeat dulces lector gustare medullas
Saxea nunc calamo conteris ossaleui,
Nec dubium scriptis nodos aperire latētes
Qua possunt filum cadere posse tuis.

